

erem: in Presenti Infinitivi in ere: ut, capio, cape, caperem, capere.

IOR tertiæ Conjugationis in Imperativo mutatur in ere: In Imperfecto Coniunctivi in erer: in Presenti Infinitivi in i: ut,

*Capior, capere, caperer, capi*

*Patior, patere, paterer, pati.*

Futurum Infinitivi Activi aut Depo-  
nentis fit à Participio in Rus, addendo  
Esse: ut,

*Amaturum am um: os as a esse.*

*Secuturum am um: os as a esse.*

Perfectum Infinitivi Passivi aut Depo-  
nentis fit à Participio Præterito addendo  
Esse: ut,

*Amatum am um: os as a esse.*

*Secutum am um: os as a esse.*

Futurum Infinitivi Passivi fit à Supino  
in um, addendo iri, estq; illud immobile  
per omnia Genera & Numeros: ut, *Spero*  
*illam, vel illos vel illas amatum iri.*

Quando Verbum aliquod caret Supino, tunc  
Futurum Infinitivi circumscribendum est Infinitivo Fore vel Futurum esse, sequente particula UT cum Coniunctivo: ut,

*Non*